e-codices

Me Statim ut occecatus prę huiuſ corporis candoribꝫ.

EROTIVM MVLIER. PENICULUS PARASITUS. MENECHINUS ADOL.

Anime mei Menechine salue quid ergo ex̃ numerum eſ mihi
Me Idem iſtuc aliiſ aſcriptiuiſ ad legionem fieri sol&
Ego iſtic mihi hodie apparari iuſſi apud te prelium
Hodie id fieri nec uterque pro ilio potabimus
Vter tibi melior bellator erit inuentus cantharo
Tu eſ legio adiudicato cum utro hanc noctem ſieſ.
Vt ego uxorem mea uoluptas ũ te aſpicio odi male
Ero Interim nequis quin eſ aliquid indutus ſis
Quid hoc est induuię tuę atque uxoris exuuię rosa
Superas facile ut ſuperior ſis mihi q̃ quiſquā qui impetrat
Pe Meretrix tantiſper blanditur dum illud quod rapiat uid&
Nam ſi amabas iam oportebat naſũ abreptū mordicuſ
Me Suſtine hoc penicole exuuiaſ facere q̃ ſuauium uolo
Pe Cedo. Me ſed obſecro hercle ſalta ſic cum palla poſtea
Pe Ego ſaltabo. Me ſanus hercle non eſ. Pe ego ne an tu magiſ.
Me Si non ſaltas exi igitur nimio ego hanc periculo
Subrupui hodie meo quidem animo ab ypolita ſubcingulū
Haud herculeſ ęque magno unquam abſtulit pericvlo
Cape tibi hanc quando vna uiuis meiſ morigera moribuſ
Hoc animo decet animatos eſſe amatores probos
Qui ĝdem ad mendicitatem ſe properent detrudere
Quatuor miniſ ego emi iſtanc anno uxori meae
Pe Quatuor minae periere plane ut rõ redditur
Me Scin quid uolo ego te accurare. Ero ſcio curabo q̃ uoleſ
Me Iube igitur nobis tribꝫ apud prandium accuratier
Glandionicam ſullam laridum pernam itidem
Aut ſinciput aut menta porcina aut aliquid ad eum modum
Madida que mihi apposita in menſam miluinam ſuggerat
Atq; actutum. Ero licet ecaſtor. Me nos prodimus ad forum
Iam hic noſ erimus dum coquitr̃ interim potabimvs
Ero Quando uiſ ueni parata reſ erit. Me propera modo
Sequere tu. Pe ego hercle ũõ te et ſeruabo et te ſequar
Neque hodie ut te perdam pmeream deorꝫ diuitiaſ mihi
Ero Euocate intuſ cylindrum mihi coquum actutum foras.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20125r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20125r)